

stimulatus; Appendit, inquit, illum in forcipes ferreas, ac strictum tandiu sursum, deorsum vicissim levantes deponite, quousque, aut animam exhalet, aut Christum esse Dominum denegat. Quod beatus Pelagius forti animo pertransiens, stabat intrepidus, qui adhuc pro Christo pati penitus non recubabat. Cujus cum immobilitate Rex constantiam videret, iussit eum membram gladio scindi, & in flumen proici. Qua ministri potestate acti, per tam immania in eum, exerto punctione, ludibria debacchati sunt, ut putares sacrificia componere de eo, quem immolari, eis incisi, in conspectu Domini nostri Jesu Christi necesse. Et qui jam electus manebat in caelis, adhuc duriter patiebatur in terris. Nam alius brachium radicibus amputavit, alius tibias defecavit, alius etiam cervicis ferre non desistit. Interea stabat martyr intrepidus, ex quo guttatim sanguis distillabat pro sudore profusus, nullum interim praeter Dominum nostrum Jesum Christum invocans, pro quo pati non recusabat, dicens: Domine, eripe me de manu inimicorum meorum. Quem sane divina potestas non deseruit, faciens illum in poenis confessorum, ac sub gladii mucrone gloriosum in oculis martyrem. Porro manus, quas ille ad Deum levabat, illi sceleratissimi gladio amputabant. Inter quos beatus Pelagius festus anhelabat. Et quia, qui hominem miseraretur non aderat, Deum solummodo invocabat. Clamabat quidem athleta fortissimus, sed praesens certamini praerat Dominus, Veni, inquit, accipe coronam, quam tibi ab initio mundi promisi. Inter haec spiritus migravit ad Deum, corpus vero propejectum est in fluminis alveum. Sed post hoc nullatenus desuere fideles, qui illud quarent, atque in sepulchrum honorifice deferrent, ejus quidem caput tenet cœmeterium sancti Cypriani, corpus vero cœpes sancti Genesii. O verè dignum Deo martyrium, hora septima ceptum, vespere autem eodem consummatum: *Regulæ scriptor vitæ S. Pelagii, Joan. Mariana de rebus Hisp. l. 7. cap. ult. Baron. tom. 10. Annal. ad an. 925. 2. 3. Lips. l. 2. Monit. cap. 17. 15.*

CASTITATIS DEFENSIO PER linguæ concisionem.

Narratur à Nicephoro Callisto in Ecclesiastica historia de C. Acete quodam, qui castitate, & virtutes alias piis studiis sedulo medians, æquali decertavit agone. Is cum expugnari omnino non potuisset, nullamque adversariis vincendi spem reliquisset, post innumera tormenta in lecto vinculis ligatus reponitur; & mulier impudica ad eum immittitur, quæ illum complectens, exosculans, manusque petulantè ad membra secreta adhibens, procacissimè ad rem illicitam, nihil profusus lascivie, & illecebrarum præmittens, concitat. Ille aliud, quod faceret, non habens, linguam ipse suam moris concisam, dentibusque comminutam, in faciem meretricis expuit. Quare sibi ipse quidem pro voluptate dolores, impudicitia autem illi probrum, atque stuporem cum acerbitate, tam vehementibus illis illecebrarum insultationibus superior, conciliavit. Et sicut in certamine pudicitia adversus eam victor fuit, ita paulo post vitam martyrii filio confirmavit. *Niceph. Call. lib. 7. bisp. Eccles. cap. 13. D. Hieron. in vita Pauli eremita.*

PER VULNERA.

Nec viritantium, sed multò etiam magis mulieres virilibus animi præclarè in extollenda castitate se gesserunt: Cum enim Alaricus Roman cepisset, ac diriperet, Mulier quædam maximum exhibit pudicitia specimen. Quod namque & ætatis flore, & formæ venustate præstaret, Alarici militibus juvenis quidam pulchritudine ejus, cum eam vidisset, captus, ad concubitum cum sollicitavit. Cum autem illa piaculum id averfaretur, miles ensè stricto mortem ei minatus, veluti cum amore concertans, per misericordiam summum tantum collum vulneravit. Illa verò tructore desiliens, jugulum ferro subdit, melius sibi esse rata, ut cum pudica mente mortem oppeteret, quam cum viro alio concumberet. Et postquam ferocius barbarus illam aggressus est, plurimumque eum oppugnano nihil egit, ad castitatem ejus consternatus, in Apostolicum divi Petri templum eam duxit, Ecclesiæque custodibus commendavit, sex illis aureis nummis datis, ut puellam viro suo conservarent. *Idem lib. 13. cap. 35.*

Pete nonnulla ex Loco de Religione. Tit. Virginitas religiosa.

* CONSTANTIA CASTITATIS.

Pleraque superiora Exempla huc referri possunt.

Inter Ægyptias puellas martyres de Potamena virgine ex Antonio accepit, narratq; his verbis Palladius: Iste Isidorus, qui benedictum quondam vidit Antonium, dignam rem memoria literarum retulit mihi, quam ab ipso se dicebat audisse. Potamena quædam puella admodum pulchra, in ancilla cuiusdam erat tempore Maximiani persecutoris: quam multis frequenter, ac variis promissionibus Dominus suus stuprare non potuit. Ita ut ad postremum amore, atque infania præceps traderet eam illi, qui tunc Alexandria præfatur gerebat, scilicet, ut Christianam, ac maledicentem de persecutionis sevità Imperatoribus: pecuniam ei sub hac passione promittens, si ejus acquiescere voluntati, sine ullo eum supplicio reservaret, ac redderet: sin verò in contradicendi proposito permaneret, periret, ut tormentis deficeret, ne si vixisset, libidinis Domini sui contemptrix videretur. Quæ cum exhibita ante tribunal fuisset, ejusque iudex variis cruciatibus, atque tormentis cupere expugnare devotam voluit: & inter diversa supplicia vas quoque æris immensum, ac ferventi picem repletum acerrima flamma succenderet: duplicem ei præfatus immitis posuit conditionem: Aut vade, inquit, & Domini tui obtempera voluntati, aut adduci juberi serventem hanc picem te esse mittendam. Cui puella respondit dicens: Nunquam sit alter monitor talis, qui adduci juberi libidini castitatem. Ob quod ille nimio fervere percussus, præcepit spoliatam eam in vas, quod fervebat, immitti. Hæc autem vox illius fuit: per caput inquit, imperator tui, quod tu videris, obtestor, ut si apud te statuum est his me tormentis necare, non simul totam, sed paulatim me in ferventem mitti jubeas picem: ut possis videre, quantum mihi dediti ignotus tibi patientiam Christus. Quæ per unius horæ spatium paulatim in ahenum candens demissa, defecit, ubi primum pix ebulliens ad ejus colla pervenit. *Pallad. in Lausaca cap. 1. apud Baron. tom. 3. anno Dom. 310.*

Bello Pedemontano, nostra penè memoria, cum civitas quædam occuparetur, Dux militum virginem jam marito desponsam eximia pulchritudine corporis, majore jam animæ, quam adamare coepert, in sua domo validè est aggressus. Illa verò cum celeritè manus hominis evasisset, osium, quo estingendum erat, præter spem oculum invenit. Itaque cum incerta hæreret, quorūm evaderet: hoc invenit consilium. Fenestra erat patens, in publicum versa, per hanc ita exiit, ut postem fenestræ medium amplexa penderet. Sic enim futurum cogitabat, ut tum ipsius conspecto periculo, tum concursu hominum in via publica, quos rei novitas contraheret, absterrens vim adhibere non pergeret. Sed immanis, & huic præde inhians belluæ libido ne sic quidem repressa est. Cum ergo ne sic quidem molestus esse desineret, casta Lucretia (hoc ei nomen erat) coacta est nodum, quem manus strinxerat, solvere, atque in terram (& erat fenestra loco fatis edito) deorsum labi, ut corpore contracto animus integer maneret. Sed hoc corporis damnū præclarissimis virtutis donis postea pensavit. Cum enim sanctissimam vitam multis deinde annis egisset, mortua est Perusia in Alexandrinorum ædibus. *Guillelm. Baldejanus l. 2. Stimul. virt. c. 1.*

Nicomedia quoque contigit nobile facinus Euphrasie virginis, sub Diocletiani persecutione, pro conservanda virginitatis integritate, cum illi fedi S. Anthonius præfaret Episcopus. De qua sic Nicephorus: Ea ad lupanar ducta, ubi jam H in eodem est conclavi cum improbo juvene clausa, techina quadam illum circumvenit: venescam se esse profiteretur, mercedemque ingentem conservatæ pudicitia pollicetur, quæ eum à morte conservet, pharmacum scilicet, quo ille perunctus, in bellorum certaminibus, & præliis nullo profusus telo, aut ferro violari, aut confici possit. Quo si de tali remedio (inquit) periculum facere vis, illico tibi manifestè exhibebo. Ille id statim parari permisit. Tum illa verè sapiens, ceram oleo liquefactam, manibusque subactam, collo suo circumcirca inungens illinit. Quod ubi perfecit petere eum jugulum suum, ensè quibus posset viribus adacto, remediique ejus vim, & efficaciam experiri juberet. Atque ille, quam potuit validissimè ensem in eam demisit, caputque ejus ictu uno rescidit. De Potamena, vide Niceph. 5. 7. Euseb. 6. 4. De S. Pelagia, Metaph. 4. Maii. De Dorothea, Euseb. 8. 13. Niceph. 7. 21. De Tarbula, Niceph. 8. 37. Nicephorus lib. 7. Eccles. histor. cap. 13. Baronius tom. 3. anno 309.

Jacobus

Jacobus de Vitriaco, vir doctus, S. E. R. olim Cardinalis, A refer. sua ætate fuisse virgines complures, quæ Leodiensi urbe ab hostibus occupata, suis habitacionibus ejectæ sint. Ex his aliquas ad templa confugisse salias, quæ id minus poterant, in flumen precipitate, & quod mortem castitatis violationi postponerent: partim in cloacis inmississe, ut nullam doloris territudinem cum libidinis fetore comparandum offenderent. Nec dubia erat mors nisi admirabili profusus modo fide à Deo fuisset conservatæ, ut in tanta multitudine nulla profusus, vel vitæ, vel castitatis detrimentum accepit. Praclarum verò, quod uni ex eo numero contigit. Laborantem illam acceperant cymbula duo milites, exceptamque sollicitabant ad flagitium. At illa, cum mori, quam corruptum mallet, tanto saltu iterum se in undas dedit, ut eodem impetu scapham everteret, corruptoresque corpus submergeret. Ipsa verò, absque omni aut animi, aut corporis damno, fluvio obsequente, ad litus emerit. *Jacobus de Vitriaco Card.*

Cum nobilis quædam, & pulcherrima femina S. Wolstanum Episcopum in Anglia Wigornienfem ad turpitudinem provocaret, ille audita sancta femina voce, & facto fronti crucis signaculo, dixit: Fuge, fomes lascivie, mortis filia, vas fatane, & alapam mulierculæ tanto nisi impedit, ut crepus illius palmæ tota domo audiretur, verbiique severissimis, & Episcopo dignis abegit. Sicque alter Joseph muliebrem lasciviam animo repensum manu compescerat. *Bravon. ejus vita scriptor, apud Sur. 19. Jan.*

THOMAS II. Eboracensi Archiepiscopo ægrotanti dum medici solum famine usum morbo remedium adferre posse judicarent, casque adhiberet, urgent incunctanter, cum illi tum confanguineis, & jam feminam decentis formæ adduxissent, noluit eam contingere, inquit: Propter salutem carnis tandem mortura, immortalæ Pudicitia decus non amittam. Præclarè de illo dici potest, quod de Michaelæ Vetino posteritati consecratum reperimus.

Sola Venus poterat lento succurrere morbo; Ne se pollueret, maluit ipse mori.

Polid. l. 1. c. 3. Beyerlinch in Apoph. Christi. Adducamus huc etiam sponsas Christi, & inter eas statuum post Virginem matrem (cujus pudicitiam laudasse, detraxisse forte,) Iphigeniam Ægypti Æthiopolium Regis filiam. Hæc Matris Apostoli prædicatione, vera fide illuminata, C Virginitatem vocit: & alius que eam voverat, præerat sedula gubernatrix, sed quid? paterni regni successorem Hirtacum in maritum accipiat, ab eodem impellitur, quo spreto, Æterni, ait, Regis sponsa sum, nec mihi eo relicto alteri nubere fas, neque minis, neque instantibus vim flammam periculis a sententia amoveri potuit. *Abbas in vita Matthæi Beyer. supra.*

S. Lucia Virgo Pudicitiam vita habuit chariorem. Juveni enim jungi noluit, ut jungeretur Christo: & ad idololatriam compulsâ, mansit immota in fide rupes. Quare mirantem Paschafio, Ego te faciam ad lupanar trahi, ut cum fueris scortata, fugiat te Spiritus S. Nunquam inquit, inquiritur corpus, nisi de contentu mentis: si namque me invitam feceris violari, castitas mihi duplicabit ad coronam. *Surd. tom. 6. in vita.*

Neque tu, fidissima Pudicitia tucla Agnes, silebere: quæ dum te deperiret Præfetti tuæ urbis filius, nondum pubertatis annos egressa, eum animosè despexisti, dicens: recede à me, fomes peccati, nutrimentum facinoris pabulum mortis: jam ab alio amatore præventa sum, qui annulo fidei tuæ subarrhavit me. O senectutem infantilis mentis! o juvenilis animi canticum. *Ex Sur. tom. 9. in vita. Idem.*

S. Euphrasiam Virginem Antigonii filiam, quia Romano patricii generis juveni à parentibus antè pacta, quam Religionis daret, fuerat, cum eidem nubere per Theodosii Imp. literas cogere, respondisse tradunt. Sponsum habeo in caelis, non in terra: & certum mihi extrema omnia perpeti, quam fallere fidem illi datam. Quid prius miremur, nescio, an senilem teneræ ætatis in respondendo sapientiam, an verò puellaris animi in proposito constantiam? *In vitæ PP. Sur. tom. 2.*

Neque Gunzonis Ducis filiam pudere debeat, si primis illis jungatur: cujus virginitatis flos etiam suum odorem per univerfam Galliam diffudit. Ut enim erat Arbonæ Ducis filia, à Segeberto Galliarum rege in conjugem petita, at quid sponsa Christi? Æterno Regi desponsata sum, ait. Cui & nunc merito in caelesti illo folio junctâ, quæ dum hic viveret, pluris fecit castitatis, quam Francie regnum. *In vita S. Galli lib. 1. cap. 21. Sur. tom. 5.*

Est etiam viduis sua castitas, unde & eas honorare præcepit Apostolus, quæ verè viduæ sunt. Talis indubie erat Eliza-

betha Langravio tradita: quæ, mortuo conjugè, dum ab Episcopo Bambergensi ad nuptias incitaretur, respondit: Si id coneris, fixum mihi truncatis naribus, vel lacerata facie me ita deformare, ut qui me ducere velit, futurus sit nemo. Itaque oblatam fortunæ felicitatem respuit, sola castitate gaudens. *Conrad. Concion.*

Satis de illis, quæ Deo suo castitatem voto obstrinxer, hoc loco dictum: neque enim is animus omnia persequi, ad aliam transeo: quæ licet alterius ordinis, eisdem tamen propositi, & mentis. Jactet suam Lucretiam Roma, habet etiam suam Aquileja, quam proferat, cujus virilis animus maligno errore fortunæ muliebri corpus fortitus est. Hæc enim, ut erat ingenua, à Barbaro hoste capta, ad stuprum rapiebatur. Quid ageret ad preces convertitur, & vix tandem impetrat, ut in superiori domus partem si liber aditus fiat, quo facta, ea parte occupata, quæ fluminis imminabat, ad Hunnum conversa, Vis me ait, potiri? me sequere, & ex alto præcipientem se in flumen dedit: magis de corporis, quam salute animæ provida. *Sabell. lib. 5.*

* CASTITAS ALIORUM MORTE, ET PERICULO REDEMPTA.

Ad exempla castitatis alienæ pergamus. Quidam Adolescens Magistrianus, specie formosus, mente pius, cui Deus zelum immissit spirituum lem adeo ardentem, ut etiam mortem contemneret: is cum prætextu intemperantiæ eò accessisset, profundo vespere ingrediatur ad eum, qui illas alebat, & dat ei quinque nummos, & dicit ei: Concede mihi manere hæc nocte cum hac puella. In locum ergo occultum cum ea ingressus dicit ei: Surge serva te ipsam, & cum eam fuis vestibus induisset tunica, camilla, & chlamyde, & omnibus virilibus, dicit ei, Egredere, te summa chlamydis parte contegens. Quæ cum sic fecisset, & se totam signo crucis munisset, egressa ex illo loco omnino incorrupta, & impolluta, servata, est Christi gratia, & causa adolescentis, qui cum suo sanguine liberavit à turpi vitio. Sequenti autem die res fuit cognita: & productus est Magistrianus ad lævissimum iudicem. Cum autem strenuum Christi athletam examinasset impius, & omnia didicisset, iussit, cum obici bestiis: ut etiam malis insectis dæmon in eo afficeretur ignominia. Nam cum existimasset vitum fortem in nefarium iniicere supplicium cum, effecti duplicem Christi martyrem, ut qui & pro sua anima præclarè decertaverit, & pro illa beata in laboribus strenuè perseveravit. Quocirca duplici honore, & duabus coronis dignus est habitus à Christi benignitate. *Pallad. in Hist. Laus. c. 1. 48. Niceph. 17. c. 13.*

Idem Pallad. Corinthi permissis accidisse testatur de Christiano homine agente in rebus (erat is magistratus in militia Palatina) qui per soluto pro virgine prostituta ingenti in deliciis prioris noctis pretio, illam suo indutum habitu liberavit, cum Præfes indignatus sic se ab eo esse desultum, ad bestias hominem damnavit, qui eorum feritate disceptus, martyrii corona donatus est à Deo. Et quid mirum, si sic liberatæ sunt à viris Christianis Christianæ virgines prostituta, cum & Lacedæmonios viros feminae conjuges (quod tradit Valerius) eadem quoque arte ex arcto carcere, habitu ita mentio subduerint. *Aurélius in Catech. Hist. ex Baron.*

De Didymo Christiano homine Alexandria traditur, quod is, ut nobilem virginem Alexandrinam Theodoram nomine ad lupanar damnatam eriperet, galeam, ocreas, & cetera militaria superinduens indumenta, comparata sibi ex more, majori pecuniarum vi aditu, accessit ad virginem; quam galea H tecto unâ cum vultu capite accinctam gladio, baltheoque decoram abire cogit, & re comperta, qui loco virginis remanserat obfæ, damnatus capite martyrium consecutus est, illa omnino libera permanente. *Idem ex Metaph. Sur. tom. 2. die 5. Apr.*

CASTITATIS SERVANDÆ EXEMPLARE DOCUMENTUM.

Postquam S. Edmundus Archiep. Cantuariensis adolescentiæ metas attingit, ita sensus suos per vitæ spiritualis exercitia rebus bonis, & virtutum studio affuefecit, ut ex jugi consuetudine, deinde tanquam naturaliter mala omnia vitaret. Magnam in eo curam posuit, ut velut in tabulis rasis Sanctitatis habitum crebris actionibus bonis acquiritum, quadam imagine impresse effingeret, atque ita innocentia fundamentum ardua virtutum palatia superfrueret, structuraque per spiritum inchoata cresceret in spiritum sanctum in Domino. Et ceterè

certe talis ille effectus est, ut non solum prius faceret, quam doceret: fed etiam prius faceret, quam facienda audivisset. A doceret: sed etiam prius faceret, quam facienda audivisset. A doceret: sed etiam prius faceret, quam facienda audivisset. A doceret: sed etiam prius faceret, quam facienda audivisset.

certe talis ille effectus est, ut non solum prius faceret, quam doceret: sed etiam prius faceret, quam facienda audivisset. A doceret: sed etiam prius faceret, quam facienda audivisset. A doceret: sed etiam prius faceret, quam facienda audivisset.

certe talis ille effectus est, ut non solum prius faceret, quam doceret: sed etiam prius faceret, quam facienda audivisset. A doceret: sed etiam prius faceret, quam facienda audivisset. A doceret: sed etiam prius faceret, quam facienda audivisset.

D ADMINICULA, QUIBUS PARANDA, ET RETINENDA CASTITAS.

Non ita diu post obitum S. Francisci, religiosi aliquot, quorum plerique cum illo vixerant, inter se habere consilium; in quo quisque proferret, quid de interperantia impunitate vincenda maxime sentiret. Disce sunt à variis sententia varie. Fuit, qui diceret, se cum impugnetur, obicere sibi deformitatem huius vitii, quod non modo abominaretur Deus; sed ne homines quidem perditissimi, nisi occultantes se, lucemque effugiantes, admitterent. Tum alius: Ut primum, inquit, tentationem hanc sentio, provolvior in gena, & cum lacrymis Virginis matris auxilium imploro: neque ego precandi finem ante facio, quam hostis faciat impugnandi. Sequatur ut tertius diceret Juniperus: Ego, inquit cum procul adventantem hunc inimicum prospicio, portans animi bonis desideris, sanctissimisque cogitationibus oculo: & in terius sublata voce; Procul, procul,

exclamo, occupatus est diversorii locus. Erat tum presens sanctissimus vir Egidius charissimo olim S. Francisko discipulo. Is auditò responso Juniperi, ego, inquit, arma mihi Juniperi assumo. Certè enim, qui potestatem subeunda domus inimico facit, periclitatur, ne plus damni, quam lucri reportet; eo quod proditrix nostra caro mox te cum hoste conjugat. Itaque non expectandum, dum ingressus opprimatur, sed ab ipso etiam prohibendus ingressu. Apud Surium tom. 7. 27. Aprilis.

D. Hieron. in epist. ad Rusticum monachorum, ita de seipso scribit: Dum, inquit, essem juvenis, & solitudinis me deserta vallarent incentiva vitiorum, ardoremque naturæ ferre non poteram, quem cum crebris jejuniis frangerem; mens tamen cogitationibus astuabat. Ad quam edomandam cuidam fratri, qui ex Hebræis crederetur, me in disciplinam dedi, ut post Quintiliani acumina, Cicerois fluvius, gravitatemque Frontonis, & levitatem Plinii, alphabetum discerem, & stridentia, anhelantiaque verba meditarer. Quid ibi laboris insumperim, quid sustulerim difficultatis, quoties desperaverim, quotiesque cessaverim, & contentione discendi rursus inceperim, testis est conscientia, tam mea, qui passus sum, quam eorum, qui mecum duxerunt vitam. Et gratias ago Deo meo, quod de amaro semine litterarum dulces fructus carpo. Tom. 1. epist. 21.

Dicam & aliud, inquit, idem Hieronymus, quod in Aegypto viderim. Græcus adolescens erat in cenobio, qui nulla contentia, nulla operis magnitudine flammam poterat carnis extinguere. Hunc periclitantem pater monasterii hac arte servavit. Imperat cuidam viro gravi, ut jurgis, atque convitiis infestaretur hominem; & post interrogatum injuriam, primus veniret ad quietioniam. Vocati testes pro eo loquebantur, qui contumeliam fecerat. Flere ille contra mendaciam; nullus alius credere veritati: solus super defensionem suam callidè opponere, ne abundantiori tristitia absorberetur frater. Quid multa? Ita amicus ductus est. Quo expleto, interrogatus adolescens super cogitationibus pristinis, an adhuc molestia aliquid superiret? Pater, inquit: Vivere mihi non licet, & formidari libet? Hic si solus fuisset, quoadjutore superasset? Ibid. in epist. ad Rusticum.

Petebat magnus ille vir Aegyptius Ammon solitudinem quandam, cum discipulo suo Theodoro; & cumque fossam quandam undis sicilicet repletam traicere opus haberent, ne vestes alcius attollerent, alter alterius nuditatem conspiceret, retrodudere paululum Theodorum jubet. Cum vero seipsum, quoque nudum videre vereretur, divino momento in sublimem sublatus, in ultionem pervenit ripam. Ut autem Theodorus quoque latius madens transgressus, ultra Lycum (sic enim incolæ fossam cam nominabant) venit, vestemque, & pedes Amon siccos vidit, precibus senem fatigans, causam ejus teti, ut sibi diceret, petiit. Ille rectum id, quidquid esset, taciturne esse voluit. Ut verò magis, magisque Theodorus contendit, nihil se de petitione ea remissurum profectus, Amon tandem pacto prius interposito, se vivo nemini id prolaturum, rem actam exponit. Nicephorus Callist. Eccles. histor. lib. 8. cap. 41.

Castitatis laudem Dei beneficio tantam consecutus est B. Ignatius Societatis Jesu fundator, ut ex quo die sese in beatæ Virginis fidem, ac patrocinium consulit voto, nullam deinde, quamvis præservidus natura, carnis tyrannidem senserit. Porro in Societate nobilissimam hanc virtutem tanto studio custodiri volebat, ut nihil omnino, neque in dictis, neque in factis lascivium, aut petulantem appareret; ac quoad fieri posset, celestem vitam in terris agerent, ab omni corporis contagione sejuncti. Quin etiam in scholis Terentium explicari (nisi purgatus esset) quamquam optimum Latinitatis auctorem, & Romanæ comœdiæ principem veuit nominatum, quod eum videlicet patrum verecundum, ac parum pudicum arbitrareretur. Noluit igitur ea lectio puerorum animos imbuere, ne plus moribus noceret, quam prodesset ingenio. Ex quo facile existimari potest, in aratis rebus, quam acere, & vigilans custos pudicitia fuerit. Pet. Moss. lib. 3. de vita ejus cap. 7.

*** APOPTHEGMATA.**

Hocrates conspiciens Sophoclem tragediarum scriptorem sequi puerum quandam, forma illius captum: oportet, inquit, ò Sophocles, hominem non manus tantum apud se continere, verum & oculos. Eras. 8. Apoph. ex Cic.

Antigonum, cum filius ejus adolescens institisset, ut hospitium manseretur apud viduam tres habentem forma decente filias;

alias; Hostibus designandis præfecto: Non expelles, inquit A filium meum ex loci angustia? Non prodidit adolescentis affectum, quem sciebat captare, quod amaret: sed excusavit ædium angustiam: in quibus vidua cum tribus filiabus ageret. Plut. in Apoph.

Scipio postquam Carthaginem novam, quæ erat Hispanorum, armis ceperat, milites quidam virginem elegantem forma captam adduxerunt, eique tradiderunt. Hic ille libenter acciperem, inquit, si privatus essem, non imperator. Juvenem insignis puella forma non corrupit, quom minus meminisset, quid decet Imperatorem. At multis fuit hodie, qui ob hoc ipsum sibi credunt tum licere, tum decora esse omnia, quod sunt Imperatores. Plut. in Rom. Apoph.

Livia Cæsaris Augusti uxor, cum nudos homines, qui sibi facti erant obviam, qui eam ob turpitudinem damnabantur vidisset, dixit, matronas quidem honestas, & continentes rerum impudicæ aspectu, & malis cogitationibus non tangi. Dion. in Tiberio.

Cum quidam stolidus audiente Pythagora diceret malle se cum mulieribus esse, quam cum Philosophis conversari. Et fues, inquit, Pythagoras, libentius in cœno, quam in aqua B versatur. Laert. Diog. de vita, & morib. Pythol.

*** HIEROGLYPHICA.**

Palumbes castitatis Hieroglyphicum est. Palumbes enim parvisimiles coitus sunt: ideoque quod parant lumbis, Albertus existimat appellatos. Pier. Val. lib. 22.

Incorruptam virginitatem, & castum animi propositum, ut Apem significari id argumento est: quod ipsæ homines à coitu olidos acriter oderunt: ut Plutarchus in præceptis conjugaliibus ait. Idem lib. 26.

Quod nonnulli, ajunt Salicem castitatis indicium esse, tametsi de ea nihil Aegyptii non incongruè tamen consilium est: five fit propter vinculi significatum: quod ejus materia fit plurimum apta vinculis, atque ideo coercitionis indicium fit: & castitas ipsa modò zona, modò capistrum, modò alio, atque alio vinculo coercenda præcipitur. Sive sumptum ab America falice, quæ lectis, accubitisque imposita, castitatem inducit. Sive ab eo, quod plerique auctores tradunt, folia hujus arboris contrita, & pota intemperantiam libidinis efficaciter frangere: sapienti verò sumpta, usum in totum auferre. C. Pier. Val. lib. 22.

*** SCRIPTORES.**

De castitate Vincentius Beluacensis 1. cap. 95. Sab. lib. 5. Lu. men anima Tit. 34. Bernard. Scardonus Manipul. Florum: Jacobus Magnus in Sophologia 1. 4. 24. De castitate Lucretiæ declamatio Callisti Nasis Florant Apollonium castitas, Cæli. lib. 14. cap. 6. De Galeto formoso juvene, sed casto. Idem Cæli. lib. 14. cap. 15. De pudicitia Gradii, Geil. lib. 13. cap. 12. Chiorum castitas eximia, Cæli. lib. 7. Cur moris est, ut qui castimoniam colunt, leguminibus abstinant? Plut. Problem. Rom. 95. In laudem pudicitia, & castitatis, Joann. Lamola oratio. Videt etiam Plin. lib. 7. cap. 35. Arist. lib. 7. Etbic.

Vide Continentia, Pudicitia, Pudor.

Castra.

CASTRORUM CURA.

CASTRAMETATIO. CASTRIS Locum opportunum capere.

Israelitis castrametationem talem præscripsit Dominus: ut cum 12. tribubus quælibet suum ducem haberet: ab Oriente castrum edificaretur, junctis Issacharis, & Zabulonis copiis: atque he primæ omnium castra moverent. Ad meridiam Ruben vexillum, cum Simeone, & Gad, qui secundi castra moverent. Hos sequeretur agmen Levitarum, cum tabernaculo oraculorum. Ad occidentem Ephraim vexillum, cum Manassis Benjamin copiis, que tertio loco proficerentur. A Septentrione vexillum Dan copiarum, junctis Asser, & Neptalim, quæ postremo castra moverent. Et sic ad sua quælibet vexilla castra movebant, & movebant, generatim per familias ordinati, Num. 2.

Bacchus in India, cum exercitus æstus aeris tolerare non posset, occupavit Tricotryphum Indiæ montem, sic appellatum à tribus cacuminibus quorum unum vocatur Corasibus alterum Condasbe, tertio ipse nomen imposuit Merum. In eo

loco monumenta sunt nativitatibus ejus, multi suavissimi, & crebri fontes, ferarum abundans copia, fructuum ubertas, nives frigidissima. In his vitam agens exercitus, Barbaros in planicie versantes repente adoribatur: & à sublimibus, ac præcipitiis locistela jacens, nullo negotio in fugam hostes vertebat. Polyen. 1. 1.

Lycurgus interroganti, Quare transferre crebro castra præciperet: Ut hostibus, inquit, plus incommodum. Plut. in Apoph.

EPAMINUNDAS ad Tegeam periclitari contra Lacedæmonios volens, ut clam hostibus superiorem locum, & præcipitem occuparet: mandavit equitum præfecto, ut cum equitibus mille sexcentis ante agmen præcederet, & crebro huc illuc obequitarer. Cum pulverem copiosum excitasset, obcuratis hostium oculis clam superioriorem locum cepit. Sparta verò cum desisset pulvis, rem conspicati, causam intellexerunt, quamobrem ante copias equitasset. Polyen. lib. 2.

GLEARCHUS post Cyri mortem, Græcis regionem magnam, & bonam obthinens (fluvius regionem circumdabat, minimo lthmo prohibitus, ne insula esset) veterans ne intus castra metarentur: cum persuadere non posset, fictum transfugam misit nunciamentem: Rex muro circumdaturum se lthmum minatur. Hoc audito Græci mortem Clearcho gerentes, estam lthmum castra posuere. Polyen. lib. 2.

POMPISCUS Arcas in more habebat, ut quotiescumque castra poneret, semper vias eas, quæ ad castra ducerent, partim suffoderet, partim vallo munitas obrueret: Ipse verò novas alias parabat, ut exploratores, qui nocte aggredi exercitum vellet per vias pristinas profecti, in fossas incidere, novarumque peritiam non haberent. Polyen. lib. 5.

IPHICRATES in sociorum agro castrametatus, cum vallum extrueret, & fossam pararet, obliciens, Quid est, quod metumus? dixit: Equis hoc futurum sperasset, docens, in bello etiam illa, quæ nemo sperasset, custodias esse munienda. Polyen. lib. 3.

XANTHIPPIUS Lacedæmonius, bello primo Punico, visis jam à M. Atilio regulo Carthaginensibus auxilio venit: & ostendit superiores clades non tam Romanorum virtute, quam ducum suorum stulticia ipsis illatas esse. Siquidem parum utiliter fuisse castra in arduum translata, cum per plana, & aperta loca ob elephantis, & equites, in hostem iri oportuisset. Itaque ipse exercitum præfecto, ubi apparuit quanto tutior, salubriorque disciplina ab eo, quam à prioribus ducibus adhiberetur, omnis militaris multitudo adeo restituta est, ut nihil magis optaret, quam prælium. Atque commissio prælio Romani visit, Atilius ipse captus est, & verum esse Euripidis illud ostendit: Unius rectum consilium magnam vincere multitudinem. Sab. lib. 9. Enn. 4.

HANNIBAL, cum frequentibus præliis à M. Marcello superaretur novissime castrametabatur, ut aut montibus, aut paludibus, aut simili locorum aliqua opportunitate adjutus, aciem eo modo collocaret, ut vincentibus quidem Romanis, penè indemmem recipere posset intra munimenta exercitum, cedentibus autem instandi liberum haberet arbitrium. Front. H lib. 2. cap. 3.

PYRRHUS Epirotarum rex, in castrametandi scientia facile princeps primus totum exercitum sub eodem vallo continere instituit. Romani deinde, eo devicto, in campis Arufinis, circa urbem Stautentum, castris ejus potii, & ordinatione notata eum sum imitati. Front. lib. 4. cap. 1. & Alex. lib. 1. cap. 12.

Germani, & Gallorum pleraque gens, pro vallo dispositos habebant currus mutuo nexu. Romani in magno discrimine, novo munimenti genere, clittellas, & conjectas farcinas pro aggeri opposuere. Sic etiam Attila Hunnorum rex, cum in campis Catalaunicis contra Rom. pugnaret, clittellarum vallo se munivit, ut si nulla foret spes evadendi, subiecto igne cremaretur. Teste Amil.

Erat vetus consuetudo Rom. ut quoties duo simul consules, prætorive contra hostes duos consulares exercitus, multaque legiones ducerent: quò facilius tantæ multitudini præessent, divisa castra, copias, & præsidia haberent, & munia belli partirentur: ne consilia imperitia, & decreta ambigua forent.

forent. At Do mitianus geminari legionum castra prohibuit: ubi unius imperio, & unius castris fatius regi milites, arbitrat. *Al. lib. 1. cap. 12.*
 Q. Fab. Max. Dictator, ut ab equitatu Hannibalis tutus esset, semper locis montosis, & altis castra munit, unde hosti immineret, quietus, si castris ille se contineret, sin moveret, summis montibus circumvolans undique, & ex tanto adherens intervallo, ne pugrare invidus cogere, & tamen terrorem hostibus ita cunctando tanquam pugnaturus praeberet. *Plat. in Pericle.*

C. Julii Caesaris exercitus, id est, invicti ducis invicta dextera, cum armis Mundam clausisset, aggerique extruendo materia deficeret: congerie hostium cadaverum, quam desideraverat altitudinem intruxit, eamque tragulis, & pilis, quia roboreta fudes deerant, magistra novae molitionis necessitate usus, vallavit. *Valerius lib. 7. cap. 6.* Idem suis, & Africinis castris contrarias tenentibus planities, cum utriusque partis plurimum interesset colles proximis occupare, idque propter saxorum asperitatem esset difficile: tanquam Ilerdam repetiturum retrò agmen ordinavit, faciente inopia fidem destinationi: intra brevissimum deinde spacium exiguo circuitu flexit repente ad montes occupandos. Quo visu perturbati Africani, velut captis castris, & ipsi effuso cursu eisdem montes petiere. Quod futurum cum praedivinasset Caesar, partim pedatatu, quem praemisisset, partim à tergo submissis equitibus, inordinatos est adortus. *Frontinus.*

Cum C. Jul. Caesar ad Ilerdam Afranium Pompeii ducem cognovisset praelium respicere, ab infimis radicibus montis, in quo ille constitit, intermissis quadringentis circiter passibus castra ponere contempsit, & ne milites in opere faciendo impedirentur incurfionibus hostium, propugnacula in castris fieri prohibuit, ut quae à procul cererentur, sed constitutis aciebus prima, & secunda ante castra, fossam latitudinis pedum quindecim fieri iussit. Adstantibus itaque duabus aciebus ante castra, ne opus inceptum videretur ab hostibus, tertia à tergo acies opus fossa perficiebat. Sic omne opus perfectum est, antequam ab Afranio perciperetur. Vespere itaque facto Caesar legiones intra fossa locas reduxit, & omne per circuitum opus à caeteris legionibus fieri iussit, & interim legiones expeditas contra hostes constituit. *Jo. Gerund. lib. 9. Paralip. Hispan.*

ATILIA Hunnorum rex, miram castrametandi artem invenit, miro quoque modo angustialia, & tabernacula sua inexcitabili militarium tentorium ambitu munit. Priscus historicus, Theodosii junioris servus ab epistolis, cum legatus ad eum pervenisset, Atiliae unicum amplissima civitatis instar fuisse scribit, cujus moenia omnia ex viridissimo ligno confecta, tantam in compage juncturam praeferebant, ut ex uno, solidoque ligno facta viderentur. *Bonfin. lib. 3. Decad. 1.*

Castra Tamberlanis Tartarorum principis (qui XII. centena millia in exercitu ducebat) in urbis modum erant ordinata, definitio cuiusque artificioso loco proprio, in partes suas distribuitis exercitiis, ut omnia vite, usuique necessaria in promptu essent: rerumque omnium tanta semper copia in his inveniebatur, ut nullus esset latrociniis locus, turroque omnia affertiri possent. Nihil enim unquam feverius, quam latrociniis vindicavit, ut ipse unus esset, qui latrocinari impunè posset. *Culpsinian.*

Prutquam Turcarum Imperator in castra descendit, Mechteri, qui huic officio praesunt, locum aptiorem pro castris, qui ab impetu hostium tutus sit, & ex quo hostes facile possint expugnari, deligunt: ut vel monte, vel fluvio, vel palude munitior sit. Hunc descripto ambitu castrorum, fossis altissimis munitur: inde cuneis acutissimis, in circuitu catenis desuper colligatis. Sequitur dehinc ordo camelorum, qui commeatum, & impedimenta pro usu castrorum gestant. Pro quos minor altera fossa foditur in ambitu, cum hastis pro majori tuitione in circuitu affixis. Quo in loco in Serahori, Jaya, & Muselim milites agrestes, & viiores habitaciones suas habent. Post rotas validas munitiones, pedes, qui Janizari dicuntur, per multiplices ambitus tentoria sua figunt. In quorum medio Imperator ipse cum pueris, & ministris ornatissima tentoria habet. Eminent praeterea duo maxima cornua contra hostes, quibus cum pugnandum est, adhaerentia circulo castrorum: in quibus collocati sunt equites cum suis praesidiis. In altero cornu sunt milites Thimarci, qui agros possident in Natolia. In altero hi, qui agros possident in Romania. In capite verò cuiuslibet praesidet princeps praesidium Beglerberg. At in medio horum cornuum locantur omnes

custodes corporis Imperatoris, hoc est, Spajoglani, Soluaphari, Solacici, & caeteri aulici. Post quos sita sunt varia genera tormentorum, & machinarum. *Jovius de rebus Turcarum.*

Rex Aethiopum, qui supra Aegyptum sunt, quem vulgus Presbyterum Joannem vocat. Idem & Pontifex, & Imperator, cum finitimis gentibus continenter bella gerit, & ideo urbes non incolit, sed castris perpetuò atatem degit. Tanta autem est hominum, & tabernaculorum multitudo, ut castra circiter duodecim millibus passuum in longitudinem pateant, & totidem in latitudinem. Ea autem ordine locantur, ut quamvis crebro mutentur, facillimum sit cuivis, castrorum vias oculis designare, & in hominum, quos convenire velit, tentoria, sine ullo errore pervenire, & principes, quos velit adire, & tanquam in urbe notissima versari. In castris septem parocciae sunt, & singulis parocciis sacerdotes praefecti, qui sacra peragunt, conciones habent, subditos disciplinis institunt, & rebelles poenis a flagitio deterrunt, & ad Christianam moderationem frequenter erudiunt. *Ofor. lib. 9. rerum Emm.*

DEFENSIO, CONSERVATIO.

NICIAS, dum ad Syracusas sedet, cum esset pro vallo pugnandum, incendio machinarum, quibus castra vallaverat, hostium viam propulavit. *Plat.*

CHARES dux Atheniensium cum expectaret auxilia, & vereretur, ne iterata contemptu praesentis paucitatis hostes castra ejus oppugnarent: complures ex eis, quos habebat, per adversam partem nocte missos, iussit quae praecipue conspicui forent hostibus, edire in castra, & accedentium novarum virium speciem praebere: atque ita simulatis auxiliis hostilem irruptionem impedivit. *Front. lib. 2. cap. 12.*

IPHICRATES Atheniensis, cum campestribus locis castra haberet, explorassetque Thraces ex colibus, per quos unus erat descensus, nocte ad diripienda castra ventoros, clam eduxit exercitum, & in utroque via lateri (per quam transiit erant Thraces) distributum collocavit: hostemque decurrentem in castra (in quibus multi ignes per paucorum curam instituti, speciem manentis ibi multitudinis servabant) à lateribus adortus, oppressit. *Ibid.*

T. Quietus Cos. Cum Volsci castra ejus aggressi forent, cohortem tantummodò in statione detinuit: reliquum exercitum ad quiescendum dimisit: zeneraturus praecipit, ut vallum insidentes equis circumirent, concinerentque. Qua facie, & simulatione cum & propulset, & detinisset per totam noctem hostes, ad lucis exortum festos, vigilia, repente facta eruptione, facile superavit. *Ibid.*

Q. SERTORIUS in Hispania hostium equitatu maxime impar, qui usque ad ipsas munitiones nimia fiducia succedebat, nocte serobes aperuit, & ante eas aciem direxit. Cum demum turmales secundum consuetudinem redire vellent, pronuntiavit, comperisse infidias esse ab hostibus dispositas: idcirco ne discederent à signis, neve laxarent agmen. Quod cum solum ex disciplina fecisset, exceptus forte veris infidiis, quia praedixerat, interitios milites habuit. *Ibid.*

C. CELIUS primipilaris, qui in Germania post Varianam cladem obsessis Rom. pro duce fuit, veritus, ne Barbari ligna, quae congesta erant, vallo amoverent, & castra ejus incenderent: simulata lignorum inopia, missis undique, qui ea furarentur, effectit, ut Germani universos trunco amolirentur. *Front. lib. 4. cap. 7.*

P. Scipio Aemilianus, cum urbem praevadam obsideret, suadentibus quibusdam ut circa moenia equis ferros murices spargeret, omniaque vada tabulis plumbatis conferneret, & habentibus clavorum cacumina, ne subita eruptione hostes in praesidia Romana impetum facere possent: respondit. Non esse ejusdem, & capere aliquos velle, & timere. *Val. lib. 3. cap. 7.*

Turcis consuetudo est, ut nocturno tempore castra nequam morant, verum in eo loco, quem castris munitis ceperunt, persistant, sine fur ingressus sit in castra, sine aliud, quid novi ingruerit. *Chalcocond. lib. 9.*

Vallum de Gallis, Helvetiorum robore ad Novariam profligatis, capum, Maximilianus Sforcia tanquam victoriae monumentum porticibus affixit. Hujus valli structura haec fuit. Dimenso ad parvam castrorum effigiem quadrato passuum quinguenorum spatio, quatuor solidi stipes in angulis desigebantur ad umbilicum solo exstante, latera minoribus aliquot igitur per intervalla pariter desixis sepiebantur, ad ea

plicatiles canentes ferreis ansis recta consubulatos applicabant. Intra hanc munitionem legio ita se instruebat, ut totius ambitus summa corona centumferè in utralibus sclopetis adversus hostes undique muniteretur. Hoc modo ingruentium hostium vim sustineri, & plane refringi posse, Robertus Sedan, dux egregius existimavit: quod Helveticos, priusquam ad hastas manusque venirent, inconsulti in peritus penas daturos credebant, cum praetentis hastis hispida pila anx, & suo tuta robore insuperabilis, defensa vallum, & denum in perturbata patrefacta munitione, ad non dubiam vi toriam eruptione videretur. Sed hac militari ingenio excogitata, tantoque labore, & sumptu per Alpes advecta, sicuti spectantium oculos novitate formae, & spe victoriae subnixos animos magnopere delectabant, ita, ut plerumque solet, fortuna sui vitibus artificis nihil aridens, tum maxime, cum oportebat, t. ationi, atque operi succellente eripuit. *Jovius lib. 1. biff.*

Castrati.

¶ Vide Eunuchi.

* Castor, & Pollux.

Meteora sunt ignea, è viscoso, & pingui halitu provenientia, quae antiperitasti circumfusi aeris collis accenduntur. Apparet autem nunc tum ex illis, nunc utrumque. Ferunt si unum apparet, tempestatis nuntium esse, & navigiis discrimen imminere: sin utrumque prosperi cursus praenuntia esse. Ita Plin. lib. 2. cap. 37. Qui addit, Polluci, & Castori nomen admississe veteres, & velut eos in mari invocare solitos. Commentati autem fuerunt, eos genitos ex Tyndaro, & Leda. Unde & Tyndarida vocantur. Atque hunc quidem castibus, & pugillatu: illum equis praevaluisse. Horatius describit, *Ode 12.*

— dicam plorofque Leda.
 Hunc equis, illum superare pugnis
 Nobilem, quorum simul alba nautis
 Stella refulset:
 Desiit Jaxis agitatae humor,
 Concidit ventis, fugiente nubes,
 Et minax (sic DI voluere) onto
 Unda recubuit.
 Hos etiam in candidis equis bello Latino interfuisse, scribit Florus l. 1. c. 11. Vide Natal. Comit. l. 8. Mythol. c. 6.

Casus.

Pro Calamitate. Quere Titulum de Fortuna.
 CASUS A CADU.
 HIC VARUS EX ALTO PRÆCIPITUS.
 Nempe,
 Loco edito quavis.

VALERIUS? quia cum Valeria Tufculana filia nescius conubuisse, agnita culpa, se praecipavit. *Aristides apud Plat. in Parallelis.*

NAUPLIUS Palamedis pater, cum intellexisset Diomedem, & Ulyssim naufragio liberatos (quibus tamen hoc malum per infidias machinaturus) seipsum praecipavit. *Seneca.*

Igne fallaci moriturus Argis
 Nauplus praecipit cadit in profundum.
 Althaea Thestii filia, & Oenei Aetolae regis uxor, cum audivisset Meleagrum filium suis fratribus intulisse mortem, se praecipavit, combusto prius fatali stipe, quo cremato Meleagrum ex fato periturum audierat. *Ovid. Metam.*

Dane à Laodice praecipitata ob servatum maritum, quem è medio Laodice tollere decreverat. *Athen. l. 13. cap. 23.*

Apronìa à marito Plautio Sylvano pratore sub Tiberio Imperator per fenestras praecipitata. *P. Aetod. ex Corn. Taciti lib. 4.*

Syrorum decem millia, praecipitata ab Amasia rege Judorum. *2. Parad. 25.*

Jo. Gradensis sanctiss, Joannis Venetorum ducis, & Mauricii filii flagitia, ac tyrannidem privatim, & publicè castigabat. At Mauricius cum apparitorum, & clientum manu Gradum profectus, acceptuque hospitaliter pium antistitem ex alta turri praecipavit. Ferrur nec imbres, nec intemperiem caeli ullam cruciatum diluere potuisse, qui i subiectis marmoreibus infusus erat. *Sab. lib. 9. Egn. 8.*

Lucas ab Hercule praecipitatus est, quod cum tunicam cruroe Nesti tinctam, & veneno imbutam attulisset. *Sab.*
 Meles, vel Melitas Atheniensis amatorem suum Timagoram inquilinum hominem fastidians, per contemptum, ut de summo saxo se abiceret, iussit. Timagoras, unde iustus erat, impigre se praecipitem dedit. At Meletem suae in illum acerbitatis adeo poenituit, ut ex eodem seipsum etiam fax depreciret. Et ex eo tam atroci rei eventu ab inquilinis, ut Athenis in eo ipso loco Anteros genius Timagorae amoris vindex colectetur, institutum. *Paus. in Attic.*

THESEUS exul in Scyro apud Lycomedem post cenam more suo deambulans per praecipitia montium, nemine impellente, lapsus perit. Alii verò à Lycomedem ex infidiis praecipitatum asserunt. *Plat. in Theseo.*

Aeolus fabulator Phrygius, cum venisset Delphos, ibidem furti ab æmulis falso accusatus (phialam enim argenteam inter ejus sarcinulas clam posuerat) de rupe in fons praecipitatus est. *Plat. de sera numinis vindicta.*

THESSALUS (à quo Thessalia nomen sumpsit) Hemonis filius, ab Euryloa quodam advena ex Ossa monte praecipitatus. *F. Ovidius in Ibin.*

De, que dedit salus è summo Thessalus Ossa.

Philomelus Phocensium dux, qui primus Phocensium Delphicum sacrum occupavit, contra Beroicos sacrilegii vindicæ pugnas multis affectus vulneribus, in locum quandam praeruptum, & unde non facile posset evadere inclusus, supplicii metu se illinc praecipitem dedit: & ad eum modum perfoluta Deo delibata poena, extinctus est. *Diod. l. 15. 16.*

T. Manlius Capitolinus, cum regni affectati suspicione in carcerem conjectus esset, populi consensu liberatus est. Rursum cum in eadem culpa perseveraret, reus factus de saxo Tarpejo praecipitatus est, domus diruta, bona publicata. Gentilitas ejus Manlii cognomine juravit, ne quis postea Capitolinus vocaretur. *Suet. de Viris illustribus.* At Cor. Ne pos scriptum reliquit, cum verberando fuisse necatum.

Tarentini obfides Romæ in atrio Libertatis custoditi, cum à Phileæ Tarentino corruptis æditus primis tenebris educti simul profugissent, manè vulgata per urbem fuga, missi sunt, qui insecuti comprehensos omnes retraxerunt, deductoque in Comitio, virgisque caesos approbantem populo, de Tarpeja rupe praecipitavit. *Liv. lib. 5. Dec. 3.*

BORCIUS bubulcus in excelsum rupem, in qua apes mellificabant, ascendens, cum canis lentici fruticeo, quo is nitabatur, mel se per unctum atrofisset, praecipio perit. De eo sic *Antiphrastus in 1. Graec. Epigr.*

Βόρξος ἐ βρωπιέλις τ' ἐπὶ γράσο κρητὸν ἀρπύ
 ἀγρίλας σκλήρην πέρρον ἐπερήμενος,
 ἀπὸ τοῦ στυλάτου αἰ, ὃ τὴ βοτῆν, ὅς φάρα λασπῶν
 σκλήρον, ἀνελασπῶν γναυρομένην μέλιον.
 κρητῶνος δὲ ἀδωσ, πὸ δ' ἀπρυγῆς ἀδραυν ἀδωσ
 κίτρο μέλι, Λυγῆς ὄντω εὐρώσσω.

Conradi II. Imp. filius Conradus propè Limpurgam arcem ex scopulo praecipit perit. Pater illic conobium aedificavit. *Brusch. in Germ. Episc.*

A. Abrahamus Maroci rex, pugna victus à seditioso quodam Elzahelo, & urbe exclusus, cum nullam salutis, vel regni recuperandi spem superesse videret, uxorem carissimam à tergo vehens, eorum ex altissima rupe praecipitem egit. *Joan. Leo H. 2. cap. 45. Africa.*

Atca.

Sabinis Romam obsidentibus, cum Tarpeja virgo Capitolium prodidisset, armillarum, & annulorum (quos illi gerebant) pactione, ubi in arcem introducti sunt obsequii immemores puellam praecipitavit. *Plat. in Liv. testet.*

Aelius Saturninus, eo quod carmina quaedam in Caesarem Tiberium scripsisset, reus in senatu factus, ab eodem Capitolio praecipitatus est. *Dion. Nicias in Tiberio.*

CRESCENTIUS Consul. Rom. dejecto Greg. V. Joan. XXII. Pontificem designat Otho III. Imp. obfesos in mole Hadriani hostes capit. Joannes prius oculis, auribus quoque, & naribus, & deinde dignitatibus, denique vita etiam privatus est. Flores temporum Honorii, & Avencinus habent, quod de Capitolio praecipitatus sit: indeque esse, ut nulli Pontifici Capitolium invisere liceat. *Naucler. Bonfin. in Anton.*
 Bello Neapolitano Masius Barbeta, Ferdinandus regis dux, S. Georgii